



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 244. An parens teneatur filios, vel dominus servos cogere ad
jejunandum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

§. 2. Si Religiosus necdum expleverit annum 1275
 21., *Saa, Fagund.* uterque *Sanch.* & alii dicunt teneri ad jejunia sui Ordinis, tum quia videtur per votum renunciassse privilegio ætatis, tum etiam quia obligatio Religionis & regulæ est alia ab obligatione temperantiæ, quam intendit lex Ecclesiæ: Sed *Med. Graff. Ascanius Tambur.* & alii dicunt non teneri, quia præsumi potest regulam non obligare eum sub mortali, quem non obligat Ecclesia; & utramque sententiam dicit probabilem & tutam *Thomas Tambur.* in Dec. l. 4. c. 5. §. 7. n. 6. & n. 8.; addit idem videri esse de sexagenariis Religiosis, posito enim quòd non teneantur jejniis Ecclesiæ, de quo dicitur à n. 1317. probabile est, quòd lex Religionis proportionetur cum lege Ecclesiæ.

Q. 244. An parens teneatur filios, vel dominus 1276
 servos cogere ad jejunandum. *R. Vega, Fill. Rodriq. Homob. Azor, Nav. Dian.* p. 1. t. 9. R. 28. *Steph.* t. 1. d. 5. n. 138. & alii dicunt teneri monere, si jejunare teneantur & non jejunent, attamen non teneri cogere, quia hoc videtur nimis durum: *Tambur.* §. 6. n. 3. putat satis esse, si moneant & objurgent, præsertim cum nullam in eos spirituales jurisdictionem habeant: *Sanch.* dub. 17., quamvis hoc admittat de dominis, tamen merito dicit aliquando etiam famulis negandam cœnam, si probabiliter putent id profuturum: quòd autem filios attinet, rectè dicit, parentes teneri cogere filios, semper negando eis cœnam, quia tenentur corrigere & adigere ad observationem præceptorum.

Q. 245. Quid notandum sit circa horam refectio- 1277
 nis in jejunio. *R. Seqq.* §. 1. Primitus erat hora 3.
 post